

## Alte Drucke

**CONCIONES || IN EVANGELIA || ET EPISTOLAS, QVAE IN ||  
PRAECIPVIS ET ALIIS TOTIVS || anni festis diebus populo  
in Ecclesia proponi || solent, è ...**

**Priele, Gilles vanden**

**Parisiis, 1566**

**IN FESTO NATIVITATIS MARIAE VIRGINIS, EPISTOLA.**

---

### Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

### Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

IN FESTO

Deo, carnis curam agit in desideriis . Alterum quod Deo placere studet per vite meritum & sanclimoniam , & proximo proesse per doctrinam sanam , hic fuit Iohannes Baptista, iste , Herodes rex impius.

2. Ex Iohannis persona discamus sinceritatem fidei , puritatem doctrine, zelum Dei & virtutum, professionem veritatis, fortitudinem & constantiam in agendo , patientiam denique in aduersis, persuasi scilicet , & si corpus accedant tyranni, animam tamen manere immortalem , tamque è morte erga scilicet liberari, iréque in vitam eternam. Iste siquidem & alij sancti omnes propter veritatem & iustitiam, odium mortale que deonorant : animenur itaque & nos ipsius exemplo ad mundi odium ac persecutiones, sed sic ut propter veritatem & iustitiam scilicet patiamur, non re fures, horum cide, heretici. Nam hac gratia est apud dñm, si quis propter conscientiam Dei suffert molestias, præter meriti afflictus malu. 1. Pet. 2.

3. Herodis sanguinolentum exemplum monet nos , vt caucamus ab ebrietate, vt absimis à trahulosis conuiuio, vt oculos nostros auertamus ab impudicis gestibus, & omni levitate, ne ut ipsis in similia flagitia incidamus. Preterea monemur ne temere iurem, atque etiam si forte iurauerimus, ne tamquam temeraria vota admpleamus, tandem ut ab omni hypocrisi quam alienissimè simus.

IN FESTO NATIVITATIS MARIAE VIRGINIS, EPISTOLA.

Ecclesi. 24. *Ego quasi vitis fructificani suavitatem odoris,*  
*&c. Finis Epistole: Qui elucidant me, vitam eternam habebunt.*

Sapientia ipsa quid sit et possit. P Ræsens lectio (que iuxta germanum sensum de æterna est sapientia) duo peculiariter nobis proponit. Primo quid ipsam sapientiam & fit & possit, cum dicit: *Ego quasi vitis fructificavi suavitatem odoris, & floris mei fructus honoris & honestatis.* Iesus Christus, qui summi patris testimonium æternæ sapientiae habet, quando ait Matth. 3. & 17. *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite: eo quod se humiliauerit formam ferui accipiens, descendens ieceritque in mortem probrofissimam, dicit se esse vitæ, mihi patres quod omni lignorū est vilissimum. quia inutile ad qualibet structurā aut adficiū, ut catena ligna arborū, & ad æternæ sapientie nihilū valet, nisi in ignem proiiciatur.* Latitat tamen sub-

hoc vilissimo ligno, vt videtur omnium arborum  
abie&fissimum, suauissimus fructus, Deum latificeans & priſima ſi-  
homines. Sic Christus lignum vitæ, tanquam omnium militudine  
vilissimum abiectum fuit, & prorsus pro inutili habitu, ſe ritem di-  
quemadmodum ſonant hæc voceſ, Dæmonium habet: *cit.*  
Seducit turbaſ: Samaritanus es? Commouit popuſum:  
ad eo ut non ſine cauſa Petrus i. canon. 2. cap. ex Psalm.  
117. dixerit eum lapidem angularem, quem reprobaue-  
runt adiſtanteſ: offenſionis lapidem, & petram ſcanda-  
li, &c. Quām ſuaues fructus tandem produxerit hæc vi-  
tis, ſubſequenteſ verba teſtabuntur.

Hæc interim vitis antequām plantata eſſet, ſubamara  
erat, ceu in viribus naturalibus videre licet, imò & Rhā-  
nus potestatem inter arboreſ acceperat. Iudic. 9. Tene-  
bat enim hoc tempore Deus iuſtitia juditioſ. Expulit e-  
nim statim poſt präcepti präuaricationem primos pa-  
rentes noſtriſ ē paradise in hanc miferia valle. An  
non etiam hoc grande iuſtitia fulmen, quod generali  
cataclymno peralit totam terram, Noë tātū cum ſuis  
ſeruato? Ecuod contigit Sodomitis & Gomorræis? Itē  
quid Iſraeliſ Psal. 77. Erat eſca adhuc in ore ipſorum,  
& ira Dei ascendit ſuper eos. At hæc vitis cūm ad per-  
fectam vique extatim perueniſſet, produxit fructus dul-  
ciſſimos, nempe misericordiam & gratiam. Deus qui  
olim exercuit iudicia iuſtitia, nunc iudicia misericor-  
dia. Nunc illud Oſea ſexto, Misericordiam volo, &  
non ſacrificium, locum habet. Si quis olim in peccatum  
lapſus erat, continuo in ſe iram ſentiebat diuinam, aut  
de medio tollebatur, & lapidabatur. Exemplum eſt is  
qui in ſabbato ligna colligebat, Numerorum deci-  
moquinto. Nunc verò misericordia & veritas obuiau-  
runt ſibi, iuſtitia & pax oſculata ſunt. Non veni ( ait vi-  
tis noſtra, Matthæi nono) vocare iuſtos, fed peccatores  
ad penitentiam. Quod & Paulus teſtatur, i. Timoth. i.  
Fidelis ſermo, inquit, & omni acceptione dignus, quo-  
niam Iesu Christuſ venit in hunc mundum peccatores  
ſaluos facere, &c.

Quod ergo hæc verba vni huic ſapientia Iesu Chri-  
ſto tribui debeat, teſtatur ipſe plus ſatis in Euange- *Quod verba*  
lio. Sic nanque dicit Iohannis decimoquinto: Ego ſum *hac de vite*  
*Iesu Christo*

Vitis hæc  
lim ſubam-  
ra erat.

Vitis hæc cō-  
piaſſet, fru-  
ctus protulit  
dulciſſimos.

*tribus debet  
ant testatus  
est ipse in  
Enanglio.  
Vitis etern-  
na plantata  
est in terra  
sanctificata,  
vero scilicet  
benedicta  
virginis ma-  
rie, ut inde  
exurgens fra-  
tigatur ho-  
mogeni hu-  
mano fra-  
etus honoris  
& honesta-  
tis.*

vitis vera, & pater meus agricola est. Item ibidem : Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum, quia sine me nihil potestis facere. Vitis quidem principio in terram demittitur, ut inde tum efficacius & commodius exurgat, fructificet & floreat. Ad hunc modum & aeterna illa vitis, vngenitus Dei patris filius ac Deus ipse Iesus Christus Seruator, propter nostram salutem semet demisit in terram sanctificatam ab aeterno, hoc est, in veterum benedicta, sanctissimae, castissimaeque virginis ac matris Mariae, ut inde veluti sponsus prodiret de thalamo suo, ut inde veluti flos exurget, fructificaretque vniuerso hominum generi fructus honoris & honestatis. Hunc sensum per Spiritum sanctum David ps. octogesimoquarto confirmat. Benedixisti (inquit) domine terram tuam, aueristi captitatem Iacob. Misericordia & veritas obviauerunt sibi, iustitia & pax osculate sunt. Veritas de terra orta est, & iustitia de celo prospexit. Dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum. Haec terra vero sancta non simo corporali, & lapidibusolidis obducta est, sed simo spirituali, nempe gratia, Spiritus sancti obumbratione, virtute altissimi, lapidibus fidei & charitatis. Vnde angelus ad eam inquit, Luc. 2. Ave gratia plena, dominus tecum : benedicta tu inter mulieres : Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi.

Deinde posteaquam vitis in terram demissa est, proboque pastinata, tandem prodit etiam & conspicua sit. Ita quoque vera vitis Iesus Christus quem per tempus aliquod in terra sua, in vetero, inquam, beato matris sue quieuisset, tandem prodiit, factusque conspicuus, hoc est, homo natus est. Hunc sensum confirmat propheta Baruch capite tertio, Hic (inquiens) est Deus noster, & non estimabitur alius aduerlus eum. Hic adiuuent omnen viam disciplinarum, & tradidit illam Iacob pueru suo, & Israël dilecto suo. Post haec in terra visus est, & cum hominibus conuersatus est. Item Angelus Luc. 2. Annuntio vobis gaudium magnum, quod erit omnipopulo, quia natus est vobis hodie saluador, qui est Christus dominus.

*Ad modum  
vitis Iesus  
Christus tam-  
dem ex ter-  
ra benedicta  
prodit, fa-  
ctusque est  
conspicuus,  
hoc est, ho-  
mo natus est*

Iam vbi sic vitis prodierit, mox gemmis eductis florescit: ita & nostra vitis Iesus Christus vbi adoleuisset, erupit statim in flores honoris & honestatis. Produxit flores charitatis, timoris, agnitionis, & sanctae spei, *Vitis nostra Iesus Christus* dum celestem illam philosophiam prodidit mortalibus, dum omnibus male habentibus benefecit, dum veram Dei cognitionem homines docuit, dum spē aeternā vitæ in se creditibus pollicitus est. Tandem quando hæc *flos vbi adoleuisset pro duxit flores suauissimos.* vites florescere cœpisset, protulit flores honoris & honestatis. Existimo hos flores eos esse sanguineos, qui effluerant in latere, capite, manibus, pedibusque eius, semina- *Flores quoque vitis banturque in terram pro nobis miseris peccatoribus.* nostræ fuere Nam quemadmodū bôtrus in torculari expressus emit- *vulnera sua* tit vinum, ita ille pro nobis dedit effuditque sanguinem sanguineum, ac in eo lauit nos à peccatis nostris.

Hoc autem vinum expressum est ab initio passionis *Vinum huius eius usque ad vitæ finem:* dum scilicet in horto sudauit *vitis quamquam & sanguinem,* dum in domo Pilati flagellatus &c do expressum spinea corona perfolitus est, dum denique in cruce clavis. *vitis vulneratus est,* & aperto latere sanguinem fudit & aquam in remissionem peccatorum nostrorum.

Ceterum omnibus in vite sic absolutus, tandem in vini profert purum vinum mortalibus. Sic & vitis nostra Ie. *Vinum nostrus Christus* quum flores hic produxisset fragrantissimos, tandem & vinum protulit vere exhilarans cor hominis, hoc est, remissionem nobis largitus est peccato- *stra vitis rum, filios nos fecit Dei, & caelstis denique hereditatis exhilarans* fecit confortes, hoc dicente Apostolo Ro. 3. Proposuit *cor hominis.* Deus propitiatorem, nempe Christum, per fidem, interveniente ipsis sanguine, ad ostensionem iustitiae suæ, propter remissionem præcedentium delictorum. Et cap. 5. Recœiliati sumus Deo per mortem filij eius. Vere fructus honoris & honestatis. Nisi eam dominus reliquisset nobis hos fructus, quasi Sodoma fuissimus, & quasi Gomorra similes essemus.

Est ite Christus vere mater pulchrae dilectionis, & timoris, & agnitionis & sanctae spei. Ab ipso enim omnes virtutes promanant, per ipsum apparuit charitas Dei erga nos, per ipsum accepimus spiritum dilectionis & timoris, agnitionis domini, per ipsum ad agnitionem Dei ac veritatem, &

Isa. 1.

I N F E S T O

*sancte spes.* tis venimus, in ipso denique spem hæreditatémque ha-  
bemus & sortimur vitæ æternæ.

*Fons omni-* Est ergo & omnis gratia viæ ac veritatis, omnis quo-  
*am virtutis* que spes vitæ & virtutis in Christo. De eius nanque ple-  
*Christus, de* nitudine & accepimus, & hodie etiamnum accipimus  
*cuius pleni-* omnes gratiam pro gratia, Iohan. 1. Ipse est via in do-  
*tudine om-* trina, veritas in promissis, virtus in tribulationibus &  
*nes accipi-* angustiis, vita in præmio, Iohan. 14. Nemo potest veni-  
*mus.* re ad patrem nisi per me, inquit. Ego sum via, veritas, &  
vita. Non itaque iniuria huimodi sibi egregia epitheta hæc attribuit.

*Qui sint a-* 2 Secundò proponit qui sint eius discipuli, & quid ipsi  
tertia sapien- sit datura: de quo sic inquit, *Transite ad me omnes qui concur-*  
*tia discipuli* pascitur me, & à generationibus meis adimplebimini. *Spiritus enim*  
*& quid il-* meus super mel dulcis, & hæritas mea super mel & favum. *Me-*  
*lis dare re-* moria mea in generatione seculorum. *Qui edunt me, adhuc esuriet:*  
*& qui bibunt me, adhuc sient.* *Qui audit me, non confundetur:*

*qui operantur in me, non peccabunt.* *Qui elucidant me, vitâ eter-*  
*nam habebunt.* Quum itaque in Christo tanquam fonte  
lôgè uberrimo habeamus omnia quæ vel expetere possumus,  
vel necessaria nobis esse possint: age transeamus ad  
illum omnes. Vocat enim nos, inquiens, *Transite ad me o-*  
*mes qui concupiscitis me, &c.* Quod etiâ clarius apud Mat-

*Matth. II.* thæum agit: Venite ad me omnes qui laboratis & one-  
rati estis, & ego reficiâ vos. Iugum enim meū suave est,  
& onus meum leue: & sum mitis, & humilis corde. Ac si

*Vinum suu* dicat, Apprehendite omnes citra personarum respectum,  
*omnibus vi-* gratiam quæ vobis offertur. Si oneratus es peccatis, &  
*tis vera of-* quæraris refocillari, ad me propera. Ego sum, ego sum qui  
fert.

deleo iniquitates tuas, Isa. 43. Si infirmus es, ad me veni,  
ego sum medicus per quem curemini. Non enim indi-  
gent qui sani sunt, n̄edico, sed qui malè habēt, Matth. 9.  
Si esuris, me accede: ego sum panis vitæ, qui de cælo de-  
scendi, Iohan. 6. Si sitis, fons sum salientis aquæ in vitâ  
æternam. Si quis sitit, veniat ad me & bibat, Iohan. 7. Si  
in tenebris ambulasti, veni sequere me: Ego sum lux ve-  
ra, illuminans omnem hominem venientem in huc mun-  
dum, Iohan. 1. Nec est quòd hoc te moueat aut retardet,  
quia ille sublimis residet in cælis, & nos miseris vermi-

*Non itur culi hæc in terris repimus.* Non enim itur ad eum pedi-

bus, sed animo. Si tibi cōperint sordere hæc terrena, si ad deū for-  
te pīgeat prioris vitæ, si te capiat ardor cælestium, iam tem vivum  
cōpīsti ad Christum accedere. Accedite ad deum, in- pedibus, sed  
quit Psalm. & illuminamini, & facies vestræ non cōfun- animo.  
dentur.

Nunc pergit declarare eos suos esse discipulos, & bo-  
norū suorum consortes, qui se concupiscunt. Quinam  
illum concupiscant, à simili scire poterimus. Quisnam  
quæso concupiscit medicum? Non certè sanus, sed vale-  
tudinarius: nec quilibet valetudinarius, sed ille solùm,  
qui morbum suum agnoscit, & eo cupit liberari. Sic ne-  
mo etiā concupisicit hanc sapientiam verè, nisi qui suam  
ipsius stultitiam cognoscit. Nemo concupisicit huius vi-  
tis viuū, nisi qui elurit, & siti premitur. Nemo cōcupisicit  
hanc omnium virtutum matrem, nisi qui se omnibus vi-  
tiis contaminatum fatetur. Nemo cōcupisicit hæc viam,  
nisi qui se aberrasse videt, & reduci cupit. Nemo concu-  
pisicit hanc veritatem, nisi qui suum agnoscit mēdaciū.  
Nemo denique concupisicit hanc vitam, nisi qui se in  
morte ipfissima versari videt. Si nos igitur verè Christi  
discipuli & confortes esse volamus, ante omnia nostrā  
misériam, nostram infirmitatem, nostrum errorē, nostra  
peccata agnoscamus oportet, & vnius ipsius gratiā, mi-  
sericordiam, auxilium, consolationem desideremus ne-  
cessē est: necnō toto cordis affectu à generationib⁹ eius  
impleri anhelemus oportet, hoc est, à sanctis catholi-  
cīq; prædicatoribus, quales fuere Apostoli, qui sunt ge-  
neratio Christi, hoc testante Psa. Hæc est generatio que-  
rentium dominum, querentium faciem Dei Iacob. Hac  
nimis ratione id summopere desiderare debemus, quia & catholici  
spiritus domini super mel dulcis, & hæreditas eius super doctores ge-  
mel & fauum: memoria eius in generatione seculorum, neratio Christi  
Oculus enim non vidit, nec auris audiuit, quæ præpara-  
uit Deus diligentibus se. 1. Corinth. 2.

Sunt etiam ipsius discipuli & bonorum suorum con- item Christi  
fortes, qui ipsum edunt & bibunt, hoc est (secundum re- sunt qui ip-  
simonium eius Iohan. 4. & 6.) qui credūt in ipsum, qui sum edunt  
certè sibi persuadēt ipsum carnem suam pro ipsis tradi- & libunt,  
disse, sanguinemque suū pretiosum fudisse in remissio hoc est, in ip-  
nem peccatorū. Si itaque & nos Christi discipuli ac cō- sum credūt.

V iiiij

*Discipuli  
Christi sunt  
& bonorū  
eius consor-  
tes qui cum  
concupiscunt.*

*Psalm. 23.*

*Discipuli  
sunt qui ip-*

*sum edunt*

*& libunt,*

*hoc est, in ip-*

*nem credūt.*

IN FESTO

fortes esse volumus, in ipsum constanter credamus, & omnia bona de ipso nobis pollicemur oportet. Sic verè ipsum & edemus & bibemus, & saturabimur. Nihil in mundo vniuerso tam dulce vel suave est, quin satietas & nausea tandem sequatur. Verum Christus contraria tam dulcis ac suavis est, ut ipsum edentes fint esuriri, & ipsum bibentes situri adhuc: sed sic tamen esuriri ac situri, ut neque esuriantur neque sitiant in aeternum. Hac esurie & siti laborabat David, dicens, Quemadmodum desiderat cœrus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te, Deus. Et iterum, Heu quia incolatus meus prologatus est, & Psal. 16. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Sic etiam Paulus Philipp. 1. dicebat: Cupio dissolui, & esse cum Christo. Item Roman. 7. Infelix ego homo, quis me liberabit de hoc corpore morti obnoxio?

*Psal. 41.*

*Discipuli eius sunt qui ipsum audiunt, & in eo operantur*

*Matt. 9.*

*Iunc. 19.*

*Matt. 4.*

*Discipuli eius sunt qui ipsum elucidant, hoc est, insequuntur.*

Sic sunt eius discipuli, qui ipsum audiunt, & in eo operantur, hoc est, sicut ipse docet Iohann. 13. qui iuxta mandatum eius ita inuicem diligunt, sicut dilexit nos. In hoc, inquit, cognoscunt omnes quod discipuli mei sitis, si dilectionem habueritis adiuicem. Si ergo & nos Christi essemus volumus discipuli, sic verbū ipsius, nempe præcepta, audiamus necesse erit, ut diligamus mutuò, & honestam conuersationem agamus, ut non confundamur. Audiuit Matthæus sedens ad telonium, dominum sequens, & omnia sua relinques, nec confusus est. Audiuit Zachæus descendens ab arbore, dans dimidiam partem bonorum suorum pauperibus, reddentesque quadrupliciter inique partum. Audierunt Apostoli, relinquentes patrem & retia. Audiuit Paulus ētalo vocarus dominum. Audiuit & David post adulterium, desinque peccare, nec sunt confusi. Econtra omnes qui ipsum derelinquunt, confundentur. Pharao audire contempnit, & ideo confusus est, demersus in medio maris rubri, Exod. 14. Iudas audire noluit, ideo suspensus crepuit medius, Act. 1.

Postremo sunt eius discipuli, qui ipsum elucidant, hoc est imitantur, hoc testante B. Petro. 1. cap. 2. Christus, iniquens, passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut insequamini vestigia eius. Vel qui scrutantur scripturam, qui enarrant gloriam Dei, qui elucidant oracula, sic ut ad iustitiam erudiāt multos, sunt verè eius discipuli.

Si igitur & nos ipsius discipuli esse cupimus, consortemque bonorum suorum, cum ipso etiam patiamur & moriamur oportet, sapientiamque diuinam elucidemus, & ignorantes doceamus viam iustitiae, ut iuxta Danielem cap. 12. fulgere possimus quasi splendor firmamenti, & quasi stellae in perpetuis mansionibus caelestibus. Psalm. 118. Beati qui scrutantur testimonia tua, &c.

Summatim transeamus ad illum omnes, edamus huc panem viuum, & bibamus ex hac aqua saliente in vitam *Declaremus* æternam: hoc est, credamus in ipsum, ad ipsum vnum in *O nos in omnibus necessitatibus nostris confugiamus, vnicè illo his omnibus* uitamur. Verum interim audiamus etiam illum, hoc est, *veros Christi verbum* ipsius audiamus, & voluntati eius obsequamur *sic discipulos fedulò.* ita enim non confundemur in æternum. Opere *ut bonyramur quoque in illo,* hoc est, non nostra opera, sed ipsius *suorum con-* in nobis opera exerceamus. Ita enim nunquam peccabi- *fortes esse me mus.* Ipsum denique dilucidemus, hoc est, induamus, & *reanun-* vndiquaque imitemur. Ira vitam æternam habebimus.

Læctionem hanc Sirachi ad hodiernam festivitatem detulerunt patres, necnon allegoricè interpretati sunt de Maria virgine, quum præsertim persona loquens in feminino genere apud Sapientem loquatur. Et non incommodè profectò in domini matrem transferri ea potest, cum ea quæ conueniunt filio, non sint aliena à matre. Nam haec tenus quidem est utique dicenda Maria virtus fructificans, quod protulit vinum illud omnium & nobilissimum & fragrantissimum, quod & Deum ipsum & angelos & omnes pios vnicè exhilarat, nempe filium Dei Iesum Christum dominum nostrum, qui fructus *test.*

*Maria non absurdè virtus fructificans dici posse.*  
que est omnis honoris ac honestatis: et proinde ipsius persona etiam est attribuenda, quum præsertim inter cetera in præsenti lectione habeatur, *Ego mater sum pulchre dilectionis, &c.* Nam haec tenus quoque Maria non inepte vocari potest mater pulchra dilectionis, & timoris, & agnitionis, & sanctæ spei, quod generit filium dilectionis, dilectissimum, inquam, Dei patris filium, qui verum domini timorem nos docuit, inquit qui ipse est paucor noster, per quem & Deum & veritatem cognouimus, in quo summa etiam salutis nostræ spes nobis est sita. Sic denique & haec tenus omnem gratiam viae & veritatis, spem-

I N F E S T O

que vitæ ac virtutis omnem fuisse in Maria dici potest,  
quod illum in utero suo gestauerit, qui est via, veritas,  
resurrectio, iustitia, redemptio & vita, Iohan. 11. & 14.  
Consule Dionysium Carthusianum, qui & presentem  
lectionem mysticè tractat in honorē Deiparæ virginis.

E P I L O G V S .

1 Aeterna patris sapientia seipsum commendat, & commoda sua  
describit, quid sit, & quid posse, idque multis epithetis, que sibi at-  
tribuit, ostendit, ut inde cognoscamus quod nobis omnia bona ve-  
nerunt pariter cum illa, Sap. 7.

2 Quia Christus fons & cornu copiae est omnium gratiarum, pas-  
sim omnes inuitat ad suum discipulatum, bonorumque suorum con-  
sortium, & unde veri sui discipuli cognosci queant, aperit.

3 Dulcedine promissionum suarum ad amplectendum sapientiam  
nos mirum in modum allicit. Hoc sonant huicmodi voces, Qui e-  
dunt me, adhuc esurient: qui bibunt, adhuc sicciant. Qui audiunt me,  
non confundetur. Qui operantur in me, non peccabunt. Qui eluci-  
dant me, vitam eternam habebunt.

I N E O D E M F E S T O N A T I V I-  
TAT I S B . M A R I A E , E V A N G E L I V M ,

*Memb. I.* Liber generationis Iesu Christi filij David, filij  
Abraham, &c. Finis Euangeli: De qua natus est  
Iesus qui vocatur Christus.

**S**ymma totius contextus Euangelici ad tria  
præsertim se extendit. Primo enim testatur  
Euangelista, illum quem lex & prophetæ,  
ad eoque ab ipso statim mundi exordio pa-  
tres promisissent Seruatorem, nempe Iesum Christum,  
nunc esse natum, hominem factum, & ad generis huma-  
ni salutem missum, tempus gratie apparuisse, cœlasse an-  
tiquam Dei itam, propitium iam hunc factum esse mi-  
seris mortalibus, ideoque nemini negandam veniam,  
omnibus paratam esse salutem.

*Natiuitatis* Quod quām magnificum gaudium & ingēs voluptas  
Christus natus sit, natum esse Christum, non potest aliunde manifestius  
diuī & ro deprehendi, quām ex consideratione summae illius mi-  
luptas, unde serix, qua prius laborabat vniuersum genus mortalium.

Satis constat ex sacris literis, nos per lapsum illum pro-toparētum nostrorum obnoxios fuisse non solum peccato (quod tamē alioqui per se satis graue est) verū etiā morti tum temporali, tum æternæ, item Satanae ty-rāni, maledictioni legis, & æternæ damnationi. Quid autem hac miseria miseriis excogitari potest? Quid hac seruitute seruilius potest singi? Nihil sanè. Et nemo o-  
minus ab hac nos calamitate, ab his malis liberare po- ter Deum à  
terat, neque certè patriarchæ, neque prophetæ, neque sa- tyannide  
cerdotes, neque reges, quantumlibet alioqui sancti, pīj, Satanae nos  
& iusti, imò ne angeli quidem. solus poterat Deus. Hic expedire po-  
nimur pater ille cæli terræque indulgentissimus mi- tuit.  
seruit nos tri, nolensque perire male, quos optimus opti-  
mè condiderat, statim post lapsum promisit venturum  
semen mulieris quod contereret serpentis caput: utque Genes. 3.  
certiores redderemur de hoc ipso semine, sensim aper- Seminus ca-  
tius atque apertius illud descripsit, primò dicens illud put serpentis  
futurum semen Abrahæ, deinde nasciturum ex semine contrarius  
Davidi: hinc fore Deum ipsum, & ipsius filium: dein per delineatio-  
prophetas explicans quomodo is tandem vénatus esset,  
quid facturus, dicturus, passurus. Quum itaque plenitu-  
do temporis appropinquasset, emisit illum, factum ex Galat. 4.  
muliere, castissima nempe matre virgine, factum sub le Christus in-  
ge, & humang nostræ inhirmatit per omnia (excepto pec firmati hu-  
cato) obnoxium, vt nos à peccato, morte, satana, maledi- manæ, dem-  
ctione legis, & damnatione æterna affereret. Hanc iam pto peccato  
emissionem Seruatoris nostri Christi, hunc aduentum obnoxius.  
nobis Euangelista hīc annuntiat.

Nunc vero considerate quantā lētitiam voluntatēmq;  
ille cōciperet, qui vincitissimus, flagitiosissimus, & mortis  
suppicio adiudicatus, in ipso educationis momēto nun- Simile ac-  
tum audiret serio dicētem: En homo, tu peccasti, dignus commodum.  
es morte, & quo quis suppliciorum genere. Verū rex tui  
misertus est, ac remittit tibi noxam omnem, adeoque si-  
lium suū vnicū pro tuis sceleribus auferēdis tibi mittit.  
Bone Deus, quām ille exiliret præ gaudio, quanta per-  
sunderetur animi tranquillitate? Ad eundem vero mo-  
dum, quod nuntium nobis hominibus scelerissimis,  
millēque cōmeritis mortes, adeoque æterno igni adiudi-  
catis contingere potest gratius, quām q̄ Iesus Christus

IN FESTO

Iohann. 3.

vnigenitus Dei patris filius nobis saluandis & liberandi  
venerit in hunc mundum, sitque factus noster frater? Atqui  
hoc nuntium nobis Euangelista in praesenti Euangelio  
nuntiat. Est igitur illud omnibus afflictis, contritisque  
conscientiis audiendum iucundissimum, simul & consolans.

In qua ma-  
la per primi  
hominis la-  
psum inci-  
deramus.

sum. Hinc Apostolus R. 5. dicit, Per unum hominem  
in hunc mundum peccatum intravit, & per peccatum mors:  
& ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes  
peccauerunt. Sed non sicut delictum, ita & donum. Si  
enim unius delicto multi mortui sunt, multò magis gra-  
tia Dei & donum, in gratia unius hominis Iesu Christi  
in plures abundauit. Vnde contra ignorantiam, sapientiae  
lumen dedit, Iohann. 1. contra mendacium, veritatem,  
Iohann. 14. & 18. contra iniustitiam, iustitiam. 1. Corinth.

Mors natu-  
re, culpe &  
gehennae.

1. R. om. 3. contra amorem creaturarū, amorē Dei, R. 5.  
1. Iohann. 4. & contra mortem, vitam. Nam contra mor-  
tem naturæ, resurrectionem, Iohann. 5. 11. & 1. Corinth. 15.  
contra mortem culpæ, vitam attulit gratia, Iohann. 10.  
Postremò contra mortem gehennæ, vitam contulit glo-  
riæ, Iohann. 10. Ego vitam æternam do eis. Item R. om. 5.  
Sicut peccatum regnauit in mortem, ita & gratia regnet  
in vitam æternam, per Iesum Christum dominum no-  
strum. Nam in hac omnia mala per lapsum primi homi-  
nis incideramus. Nō ergo pro simplici catalogo aut hi-  
storia hic liber generationis Iesu Christi accipi debet.

Christi pro-  
fapia ex  
qua proce-  
dit, declara-  
tur, & cur.

2. Secundò declarat profapiam è qua is idem Seruator  
processit, seu quo genere humanam suam naturam sum-  
pserit, nimurum è patriarchis, sacerdotibus, regibus, pro-  
phetis, principibꝫque: vt constet liquidò filii illum Ma-  
rie Iesum verè esse promissum Messiam, & verum ho-  
minem: non simpliciter prophetam, neque hominem ce-  
lestem, aut aérium, phantasticumve. Ob id nimurum pri-  
mò omnium genealogiam altissimè repetit, deducitque  
hanc ad Dauidem & Abrahamum usque. Nam hinc de-  
monstrat, Iesum ex iis maioribus natum esse secundum  
carnem, è quibus nasciturum Messiam sacra prædixerat

Gens. 22.

26. 28.

Psal. 131.

oracula. Etenim Abrahamo & Dauidi cùm primis pro-  
missum erat, vt ex ipsorum progenie nascetur Chri-  
stus: ideoque Matthæus dominum Iesum statim initio  
filium Dauidis & Abrahæ vocat.

Sunt quidem nonnulli, qui gloriosum ducunt, si singularum h̄is personarū vel benefacta, vel malefacta re-censere norint: verū non ob aliud recenset eas (vt diximus) Euangelista, nisi vt prober Iesum esse Christū, dum is ex illorū prosapia natus est, è quorum Christus nasci debebat. Hoc igitur cū primis respicere debemus.

Aut si omnino merita singulorum expendere libet, ex prosapia eius cognitione duo præcipua discere debeamus: summā nimurum ipsius excellentiam, & maximam contrā submissionem. Excellentia quidē est, quod natus est ex patriarchis, sacerdotibus, prophetis, regibus, & parentum principibus: submissio vero, quod ē peccatoribus etiam prognatus est. Quod sānē ex patriarchis natus est, indicium facit, ipsum verissimū ipissimumque esse patriarcham, & hoc Isa. 9. etiam habetur: Pater futuri seculi. Ortu Ch̄rī Quod ex sacerdotibus, innuit ipsum verum summū: si ex patri- que esse sacerdotem, iuxta quod David Psal. 120. dicit: archis, sacer Tu es sacerdos secundūm ordinem Melchisedech. Quod dosibus, pro-ex prophetis, arguit ipsum ipissimum esse prophetam, phat, priu-iuxta quod Moses Deut. 18. dicit: Prophetam suscitabit vobis Deus vester de fratribus vestris, simile mei. ipsum regibus audieris. Quod ex regibus & principibus, argumento est ipsum esse regem regum, dominū dominatiū, & principem principū, iuxta illud Isa. 9. Super solium David & super regnum eius sedebit. Et Psal. 71. Dominabitur à mari usque ad mare, & à flumine usque ad terminos orbis terrarum. Coram illo procidet Aethiopes, & inimici eius terram lингent. Et adorabunt eum omnes reges ter- rae, omnes gentes seruant ei. Item Psal. 44.

Quod autē natus est ex peccatorum progenie, insigne Insigne Iesu humilationis indicium est, indequé adeo certificamur nō solū ipsum venisse propter iustos, sed & peccatores sal- uandos, & peccatoribus respicientibus propitium fore, multò minus eos rei etiū. Atque h̄ic maxima omnium consolatio sese exerit. Et nihil quoque vehementius scri- ptura inculcat, quād hoc ipsum. Non veni, inquit, propter iustos, sed peccatores. Quod & Paulus aperè telata- tur, inquiens. 1. Timoth. 1. Fidelis sermo, & omni accep- tione dignus, quia venit Iesus in hunc mundum pecca- tores saluos facere. Item dominus ipse Luc. 19. Venit si-

IN TESTO

lius hominis querere & saluum facere quod perierat.

*Generatio  
nis & profe  
piae Christi  
conclusio con  
sideratur.*

Nunc consideranda conclusio prosapia seu generatio-  
nis Christi. Vbi Euangelista generationem ipsam ab  
Abrahamo usque ad Dauidem, & à Dauidे usque ad Io-  
seph perduxit, non dicit ex Ioseph genitum esse domi-  
num, sed ex Maria vxore seu spōsa Ioseph. Quia quidem  
aueritione ostendit, non illum ex virili semine (vti alij  
homines solent) conceptum & natum esse, sed ex castissi-  
ma virgine, citra viri operam. Quod enim in ea natum  
est, de Spiritu sancto est, Matth. i. Atque per hoc itidem  
probare vult, ipsum verē esse promissum Messiam. Ha-  
bemus enim apud Isaiah 7. virginem concepturam, &  
parituram Emanuelem: ideoque & Christus Genes. 3. se-  
men mulieris vocatur, non semen viri. Quum igitur Ie-  
sus solius mulieris semen fuerit & ex virgine natus, cer-  
tissimum est ipsum verē Messiam esse.

Quæstio hic oritur: quum Christus non sit natus ex  
semine Ioseph, quorū per ipsum generis catalogum osten-  
datur genus Christi? Respondetur: Hebreis non esse  
morem genealogias, nisi per virorum enumerationem

*Hebreorū* contexere, Hieronymo teste: ad hęc legem à Deo datam  
mos in genealogiis conte  
xendis.

talēm Israēlitis, ut viri uxorem ducerent de tribu & co-  
gnatione sua, Numer. 36. Cūm itaque Ioseph vir iustus  
& timens Dei fuerit, haud dubiè huic legi morem gesit,

sicquę Mariam ex sua tribu duxit uxorem. Quare con-  
uenienter Euangelista Iosephi genus contexuit, ut quod

idem fuerit & Mariæ genus, ideoque & Christi.

*Nomen & 3* Tertiò ponitur nomen & vita conditio verbi incar-  
nati. Fuit nomen filio Mariæ, Iesus: quod Hebreis Sal-  
uatorē sōnat. Hoc autem nomen non fortuitò aut hu-  
mana voluntate ei impositum est, sed diuinitus: quod  
nimirum verē Iesus, seu Saluator futurus esset: quod &  
fuit. Nam inde & angelus ad Ioseph ait: Vocabis nomē  
eius Iesum: ipse enim saluum faciet populu suum à pec-  
catis ipsorum. Sunt quidem & alij nonnulli hoc nomine

*Eccles. 46.* insigniti in sacris literis, veluti Iosua, Iesus filius Iose-  
*Hagg. 2.* dech, & Iesus Sirach scilicet filius, auctor libri qui Ec-  
*Zacharia. 3.* clesiasticus intitulatur. Verū in nullum competit ve-  
rius, quam in filium Mariæ. Is enim verē saluat, liberat,  
& fert opem: non temporaliter modō: sed & eternaliter.

Vnde & Petrus: Non est in alio quoquam falsus, neque aliud nomen datum inter homines in quo oporteat falsus fieri, Act. 4.

Porrò quod idem & Christus dicitur, dignitatis & officij vocabulum est. Christus idem est & dicitur quod unctus. Vncti autem sunt sacerdotes & principes. Quod ergo Iesus dicitur unctus, id evincit ipsum & sacerdotem & regem esse. Verè autem sacerdos est, siue aeternus: quia semetipsum pro nobis obtulit Deo hostiam viuam in odore suavitatis, eaque vicia in eternum consummavit sanctificatos. Verè quoque rex est, siue Christus regit aeternis: quia est dominus omnium, iudex viuorum & mortuorum, ad regnum patriæ caelestis via, ianua & introductor.

Quum ergo ita res habeat, agnoscamus ex animo & perpetuo hunc Mariæ filium pro vero Saluatorem, sacerdote, & rege: eoque ipsi & fidamus & adhæreamus & obsequamur: quod sic per ipsum saluemur, reconciliemur, & aeternū regnemus. Amen.

## EPILOGVS.

1. Intentione Euangelistæ Matthæi, ostendere Iesum verum Messianum, hoc est, Christum patribus promissum, iuxta prophetarum oracula ex stirpe sacerdotali & regia in Beth-lehem natum, Mich. 5.

2. Exorditus Euangelista genealogiam Christi ab his duobus, Abrahamo & Davido, vel quod horum memoria celeberrima sit, pariter & gratissima apud Iudeos: vel quod his duobus potissimum promissa sit ille tot seculis expectatus Christus in Hebreorum oraculus, quibus summam habent fidem etiam illi qui Christo repugnare, Genes. 22. Galat. 3. Luc. 1. Psal. 131.

3. Quoniam apud Iudeos plures fuerunt qui nomen Iesu sortiti sunt, idcirco cognomine addito discernitur à ceteris. Porrò Christus grecè unctum significat: quo vocabulo Hebrewi sonant Vno vocare regem, atque suum diu expectatum Messianum. Vno igitur vobulo regis et bulo simul & regis & sacerdotis dignitas explicatur, quam reverente vngueretur: & utraque dignitas vni competit Christo, quod omnium rex & idem summus sacerdos, solus Deum patrem peccatis prehenditur. Apoc. 19. Offensum sui corporis victimam placarit, ac depulsa mortis tyrrannie, peccati regno destructo, celeste regnum omnibus aperuerit. Hebr. 10.

IN FERIIS D. MATTHAEI

APOSTOLI, EPISTOLA.

Christus dignatus &  
officij vocabulum est.

Ephes. 5.  
Christus regit aeternis:  
rus Saluator, rese &  
sacerdos.

Christi genealogia ex  
Abrahamo & Davido.

Vno vobulo regis et  
sacerdotis dignitas com-  
petit Christo, quod  
guntas compen-  
sant peccatis prehenditur.  
Apoc. 19.  
Hebr. 10.